SOLLEMNIA ANNIVERSARIA
CONDITÆ UNIVERSITATIS

ET

MUNUS AUSPICANTIS NOVI RECTORIS

UNA

CUM CERTAMINIBUS LITTERARIIS

DIE XVII ANTE KALENDAS DECEMBRES

RITE OBEUNDA

INDICIT

RECTOR ET SENATUS UNIVERSITATIS BERNENSIS.

INSUNT HERMANNI HAGENI DE DOSITHEI MAGISTRI QUÆ FERUNTUR GLOSSIS QUAESTIONES CRITICÆ.

BERNÆ.
TYPIS FISCHERI MDCCCLXXVII.

SOLLEMNIA ANNIVERSARIA

CONDITÆ UNIVERSITATIS

ET

MUNUS AUSPICANTIS NOVI RECTORIS

UNA

CUM CERTAMINIBUS LITTERARIIS

DIE XVII ANTE KALENDAS DECEMBRES

RITE OBEUNDA

INDICIT

RECTOR ET SENATUS UNIVERSITATIS BERNENSIS.

INSUNT HERMANNI HAGENI DE DOSITHEI MAGISTRI QUÆ FERUNTUR GLOSSIS QUÆSTIONES CRITICÆ.

BERNÆ

TYPIS FISCHERI MDCCCLXXVII.

Cum nuper perscrutando libro optimæ notæ, quem Gustavus Lœwe accurate et diligenter proximo, qui discessit, anno de glossariis Latinis conscripsit, occupatus ad Dosithei quæ dicuntur glossas delatus essem, in mentem mihi venit aliquot fasciculorum, quos sex septemve abhinc annis *J. Adertus* Genevensis, antiquarum litterarum in illa urbe olim professor publicus ordinarius, iam nobilissimorum Actorum Diurnorum Genevensium dux atque auspex, amicus meus vere sincerus paternaque quadam benivolentia ductus et ardenti antiquitatis amore incensus omnia mea studia qualiacumque perpetim fovens colensque, qua est ille animi liberalitate atque morum ingenuitate vere prisca, mihi, utut mihi liberet, utendos transmiserat. Erant autem ei fasciculi a Friderico Duebnero, viro et apud nostrates et apud Gallos summa ob egregiam doctrinam veneratione dignato, conscripti, cuius schedas postumas, non secus atque epistularum ab amicis missarum congeriem Adertus pretio soluto sibi conparaverat atque inminenti iam ab interitu sedulo ac pie servaverat. Quo in numero erat apographon plenissimum (nisi quod praefatio omissa est) eius codicis Montispessulani H nr. 306 s. IX partis, qua Dosithei, cuius dicuntur, hermeneumata continentur, nec non excerpta satis ampla glossarii alicuius Latini, quod in eodem codice scriptum est. Atque dum illud hermeneumaton apographon cum Boucherii editione conparo, quae praeclarae illius Parisinorum collectionis, cui nomen præfixum est: Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale, tomo XXIII (Parisiis a. MDCCCLXXII) inserta est, statim miram quandam in codice excutiendo atque adeo, ut dicitur, cum pulvisculo exhauriendo Duebneri curam atque diligentiam deprehendi ita conparatam, ut permultis locis Duebnerum recte vidisse, Boucherium præpropere rem gessisse satis certo appareret. Itaque si apographi Duebneriani discrepantias enotassem, acta agere minime mihi videbar. Quamquam codicem ipsum inspexisse praestiterit. Sed etsi fortasse aliquot locis Duebnerus erravit, tamen eorum locorum, quibus maiorem ei fidem habendam esse res ipsa clamat, numerus multo maior est. Praeterea ista opera in Duebneri apographo cum Boucherii editione conferendo conlocata haud mediocri novarum emendationum coniecturarumve silvæ ansam præbuit. Quæ ita in tria capita digessi, ut primo loco codicis Montispessulani H nr. 306 descriptionem, qualis a Duebnero instituta fuit, publici iuris facerem, deinde scripturæ discrepantiam proponerem, subiungerem denique, quæ in certis vocabulis ad nativum suum colorem revocandis ipse rectius observasse mihi viderer.

I.

Friderici Duebneri olim Hassi, tum Parisiensis, descriptio codicis membr. bibl. Acad. Medicin. Montispessulan. H. nr. 306.

Continet fol. 222, quarta forma mai. Fol. 1 verso pictura novella subscr. habens: „Hunc librum pro institutis in vadium habemus.“ Fol. 2 recto notæ musicæ ex antiquis, i. e. iis, quæ ante Guidonem Aretinum in usu erant, qui floruit anno 1028. Fol. 2 verso incipit *ordo ad iudicium faciendum* ..... (per aquam calidam, frigidam, panem, caseum, ferrum candens). Fol. 6 recto: *Adbreviatio Chronicæ per VI ætates,* quæ sic finitur eodem fol. verso: *A Carlo usque ad Ludouuicum an XLVI.* Hic additur atramento pallidiore: *A Ludouuicho usque ad præsentem annum qui est an dni DCCCXXXI* (XI in rasura, cum fuisse videatur VI) *an XVII Ad dnm.* Subscriptio uncialibus litteris: *colleguntur* (corr. *colliguntur*) *a principio mundi usque ad præsentem annum dni. Anni IIII DCCLXXXII* (XII in rasura). Fol. 7 recto incipit *Ratio quo modo feria qua dominus passus est invenitur* et similia usque ad fol. 8 vers, in quo post lin. 7 duo carmina per columnas scripta. Prius: *Qui cupis esse bonus corporis atque animæ.**) Alterum: *Felix nimium prior ætas — pericula fodit,* quod descripsi.**) Fol. 9 recto sine inscriptione (Theodulfi Episcop. Aurel. Versus elegiaci de libris veteris et n. Test.): *Quicquid ab hebreo — et tibi lector ave.* Fol. 10 altera col.: *Versus Bedæ de die iudicii: Inter florigeras — beatis.* Fol. 11 verso, in media col. priore *Incipiunt libri catonis philosophi. Cum animadverterem — coniungere binos.* Fol. 13 verso col. altera: *Versus de Filomela,* in Anthol. Burm.***), cuius carminis unus præsertim versus hoc codice evidenter sanatur. Fol. 14 recto: *Incipit pref. Alchuini ad Karolum imprem in vet et novum testamentum. In hoc quinque libri — semper laus gloria christi.* Eodem vers. 2 aenigmata, quæ non sunt apud Burmannum.****) Fol. 15: *Incipit*

*) Conf. carmina medii aevi a me a. 1876 edita, nr. LVI p. 96.

) Haud erat opus, quippe quod Boetii consol. phil. lib. II. cap. 5 contineatur; scripturae autem discrepantia haec est (ad Peiperi ed. conl.): post v. 3 sequitur v. 18 ***cruor horrida tinxerat arva;* tunc interpositus est versus primus: ***Felix nimium*** etc., qui ipse intercalatus est et post v. 5, v. 7, v. 11, v. 15, v. 17; v. 4 ***facilique,*** v. 6 ***bachica,*** v. 8 et 9 desunt, v. 11-12 inverso ordine leguntur, v. 16 ***clausica,*** corr. ***classica,*** v. 17 ***odiis summissis acerbis,*** v. 18 (cf. ad v. 3), 19-22 desunt, v. 24 ***tempore.*** v. 25 ***aethnae,*** v. 27 ***qui.***

***) Anth. Lat. ed. Riese nr. 658.

****) Descripsit Duebnerus in eius fasciculi fine. Ac priori quidem aenigmati praescriptum est: ***Exemplum de perseverat. Enigma de morte et vita. Bine nos sumus*** etc. Est aenigma Eusebii nr. 24, quem nuper edidit Ebertus in societatis litterarum Saxonicae actis a. 1877 p. 20 seq. (p. 24): v. 1 ***una sunt mens***, v. 2 ***Alter, tum, laetaque,*** v. 3 ***conquirere, tristem*** in ras., v. 4 ***lætifica, quæ.*** Alterum aenigma apud eundem Eusebium prostat nr. 60 p. 56 ed. Ebert., sed deest inscriptio: v. 2 ***versor, pro***, ***plumæ,*** v. 3 ***feda, sepulchris,*** v. 4 ***adstabo,*** v. 5 ***vocis non trac.*** (tu supra scr.) ***bobo vocandum.***

hortographia Capri. Haec via (Putsch. p. 2239) — *stellarum.* Fol. 19 verso *(Caper de verbis dubiis)* Fol. 21 recto med. *Epistola agroecii ad eucherium epm. Domino meo* (Putsch. p. 2265) — *de precibus.* Fol. 27 verso ined. *Incipit de ortografia. Religio — a frigendo.**) Fol. 28 recto post med. *Inter metum et timorem* — sunt Isidori differentiæ non Christianæ, multis hic illic omissis, alio ordine digestæ atque edd. Contuli ad ed. Breyl. Fin. *rationi oboedire.***) Fol. 32 recto med. *Incipit de posituris* (parva particula Donati, memorabile nihil continens). Tertia fine lin. incipit: *Somnior dicendum* — ined. — *alicuius singulariter.* Fol. 32 verso med. *Differentiæ sermonum ex epitomis Virgilii. Aliud est — quo iurabant* (ex Epitomis Virg. gramm. ab Ang. Maio editis, sed melior hic codex, quam Romanus). Fol. 34 recto ante med. *Ex libro catonis. Sunt adverbia localia — idest non sana* (ined.). Fol. 35 recto: *Inter furem et latronem — et reliq* (etiam e Virg. gramm.). Fol. 35 verso album. Fol. 36 recto: *Incipiunt differentiæ similium orationis partium a Cicerone et ab aliis sapientibus viris in sensu et litteratura per alphabetum. Inter absconditum et absconsum — dici sauciatus est****). Memorabiliora excerpsi. Fol. 58 verso extrem.: *(Incerti de differentiis vocum). Inter auxil. et præsidium et subsidium* — Putsch. p. 2203, ubi quæ desunt, habentur apud Isidorum, ad cuius ed. Goth. contuli — *nec accipiamus.* Deinde fol. 61 recto, post historiolam de Palæmone: *Incipiunt differentiæ sermonum Remi palemonis ex libro Suetonii. Inter gnatum et natum — in genere ab specie. Explicit præscriptæ verborum differentiæ ex libro Suetoni Tranquillini qui inscribitur pratum.* Fol. 68 recto prope fin.: *Incipiunt differentiæ* .... (hic 9 fere litteræ erasæ) *Probi Valerii. Inter austrum et ostrum — delectat demonstrat. Explicit ars Probi deo gratias amen.* Fol. 69 recto med. *Nulla unitas est in qua trinitas — in subiecto.* Eod. verso: *Quid sit substantia* — *De loco* etc. et alia de hac disputatione, de ὁμοιουσίᾳ et ὁμοουσίᾳ, ex Euseb. lib. Hist. eccl. X, e Chronicis Prosperi („Hæc habet Sene.. lib. 2 Hist. p. 1...“ in marg.), e Bœthii *libro de Trinitate contra Euticen et Nestorium ad Johannem Diaconem.* Fol 80 recto *Incipit liber differentiarum.* Sunt Isidori differentiæ Christianæ, quæ habentur apud Breyl. Fol. 102 verso: *Me legat* etc. Beda de orthographia ap. Putsch. p. 2327, eadem, sed alio ordine: *Aeternus — in prima sabbati.* Fol. 107 verso extrem.: *De ortographia,* ined.: *Ortographia grece — i scribendum est*****). Fol. 109 recto *Incipit liber de orthographia* (Bedæ ap. Putsch. p. 2775): *A littera etiam — sermo pervenit.* Fol. 117 recto *Incipiunt interpretationes nominum œbraicorum. Adam homo sive terrigena* („Bedæ op. Tom. 3°. Sub eius nomine editæ sunt hæ interpretationes, sed auctiores, et ex variis glossis, ut videtur, consarcinatæ“ nuper adscriptum) — *Zmyrne canticum eorum.* Insunt loci e Virg. et Ovidio citati. Fol. 123 recto prope fin.: *Incipiunt glossæ in verbis Græcorum. Absida lucida eo quod lumine accepto per arcum resplendeat — zozia signa.******) Fol. 128 recto col. altera: *Incipiunt glossæ latinæ,* quas excerpsi.******) Finiuntur fol. 138 verso, ubi adduntur excerpta e Constantini

*) Idem esse videtur cum eo tractatu (qui et ipse Agroecium excipit), qui in cod. Bern. nr. 330, 9 f. 44[b] — f. 45[a] habetur, cf. meum catal. cod. Bern. p. 330 et Usenerum mus. Rhen. XXII p. 417 seq. nec non anecdota mea Helvetica quae ad gramm. spectant p. 297 seq.

**) Cf. anecdota Helvetica p. 275 seq., praef. p. CXVII seq. Edidit Handius progr. Jen. a. 1848.

***) Cf. cod. Bern. 178 inscriptionem: DIFFERENTIAS CYCERONIS, anecd. Helv. p. 275 adnot.

****) Cf. anecd. Helv. p. 291 seq.

*****) Est procul dubio idem glossarium, quod extat in cod. Bern. 357 s. X, 1 f. 1[a] — f. 7[b], cf. catal. meum cod. Bern. p. 345.

******) Quae Duebnerus excerpsit, fere omnia cum cod. Bern. 357 glossario, quod f. 7[a] — f. 28[a] legitur, congruunt. Qua in re notandum, quod in utroque codice eidem tractatus sese excipiunt.

imperatoris lib. XIII leg. ad. Volusianum, eod. ad Felicem, ad Marcellinum, Valentis, Gratiani et Valentis AM̄ e lib. XII leg. de salariis professorum. Fol. 139 recto *Ερμηνευματα* (Dositheï). Fol. 211 verso Credo Græce, Latinis litt., 212 recto Latine et Græce. Fol. 213 glossæ Græcolat. depravatissimæ usque ad fol. 222 verso. Excerpsi. In fine hi versus:

Vos, qui germanum gaudetis habere patronum,
Contio ill̄ vobis solamina Christi:
Esse quod est, est esse quod est, est esse quod esse,
Esse quod est, non esse quod est, est esse nec esse,
Esse quod est, non esse quod est, suspirat adesse,
Esse quod est, erit atque fuit, procul abnegat esse,
Esse quod est, manet esse, quod est, fuit esse, manebit,
Esse suum gaudere suis feliciter esse
Transeat esse minus, felicius est, fore maius,
Transiit esse minus ill̄ iam transiit esse,
Vivat in esse pium, cum Christo vivat in ævum.
O monachum clarum, merito per secula flendum,
O quantum qualemque virum, quem fraude maligna
Mors invisa tulit, heu vermibus atque relinquit!

II.

Friderici Duebneri codicis Montispess. H. nr. 306 hermeneumaton Dosithei apographon cum Boucherii editione a. 1872 conlatum.

P. 328, l. 10 *ευτυκως;* p. 331 l. 9 fulgurator; p. 332 l. 7 *θαλλασσιοι;* p. 333 l. 3 *ασκληπιος*, l. 9 laris familiaris, l. 10 polux, l. 15 inuen(i)tur, l. 18 *θανατος* mons; p. 334 l. 6 *μεγα λημητηρ*, l. 7 mater deorum; p. 335 l. 2 *λευκοθεα*, l. 7 *πανακια δωιηωντις;* p. 336 l. 7 *πραστη βεπηκια;* p. 337 l. 4 ærumnis, l. 8 leo nemeuus; p. 338 l. 3 *ανθροπος*, l. 5 din(a)æ, l. 14 *ευφυης;* p. 340 l. 23 *κυκλος;* p. 341 inter l. 1 *νοτιος* et l. 2 *εισημερινος* unius lineolæ spatium relictum est; l. 14 *αμαξα*, l. 16 *πλυαδες* bergilia, corr. uergilia; p. 343 l. 5 circumitio; inter l. 14 *εκλιψις ηλιου* et l. 15 *εκλιψις σεληνης* unius lineæ spatium conspicitur; p. 345 l. 2 tenebræ, l. 6 gelur, corr. gelus, l. 9 æstas, l. 13 *βοκη*, l. 21 tenebræ; p. 346 l. 14 cara cognatio; p. 348 l. 13 tempora et anni; p. 349 l. 2 *αλεκτοροφωνιō*, l. 4. 5 meridię, l. 6 mediæ, l. 14 preteritum tempus; p. 350 l. 2 tempusis corr. temporis, l. 16 *τετραιτια;* p. 351 l. 3 perendie, l. 5 *πεμπτην*, l. 14 *εκ το μελλον* in futurum, l. 16 *περι ιατρικκις*, l. 19 *οφθα(λ)μικος;* p. 352 l. 4 cottidię, l. 5 tertianę, l. 6 quartanę, l. 25 igni sacer, g. eras.; p. 353 l. 6 naugatio, l. 23 saclmi; p. 354 l. 11 catalectum, l. 12 uectores; p. 355 l. 2 de iudicibus, l. 7 *δι(α)δοχος*, l. 17 *δημαρχικης εξουσια* tribuniciæ potestatis; p. 356 l. 5 prophetor, l. 10 *αρχων μεγιστος*, l. 20 *επ(ι)τροπος*, l. 22 procurator annor̄ .. (æ eras.); p. 357 l. 3 *μαρμαρ(μαων)*; inter l. 3 et l. 4 *καθολικος* unius lineæ spatium vacat; p. 358 l. 8 *λετοφοροι*, l. 9 *προσπισται* profectores, l. 12 *π(ρ)ονγουμενος*, l. 16 *επαρχος πρετωρικον;* p. 359 l. 10 *βουλευτης* decurio, m. I curialis, l. 19 *φαλλης*, l. 23 ballista; p. 360 l. 5 *τοξον*, l. 9 *σπιρα* chorus, *χορος* ordo, *ταξις* classis, *στολος* tuba, *σαλπιηξ* tibicines, *σαλπισται* cornices, *κερατανλαι* lituo, *σαλπινξ τυριννηκη* (sine interpretamento); p. 362 l. 15 tor(r)÷cular, ÷ eras.; p. 363 l. 13 capa(s)rius; p. 364 l. 13 fraxinus, corr. fraxinū, l. 14 *ροδο(δα)φ.νε;* p. 366 l. 8 *καλαμος* canna, l. 15 narcisus; p. 368 l. 4 berbetnæ, corr. berbenæ, l. 6 *στεφανοι* syp(u)tæ*);

*) U littera a Duebnero ipso superposita esse videtur, ut antiquiorem vocabulo formam redderet, quod omnibus locis, quibus y conspicitur, constanter fecit.

h (α)
p. 369 l. 11 flamem, l. 13 *σποδοφοροι;* p. 370 l. 4 teatrum; p. 371 l. 15 . *ηνειοι*,
ω
l. 20 *διπ.λων*, l. 22 *τετραπωλων*, l. 23 sexiugę, p. 372 l. 4 *καταδικ*, corr. *καταδικαι*, damnat,
i
corr. damnati, l. 6 damnat . . (ur eras.), l. 10 consangunitas; p. 373 l. 16 liberi nati; p. 374 l. 1 *υιονος*
ς
nepus, corr. nepos, l. 2 *εγγενος* nepus, corr. nepos, 17 *θειο προς μητρος*, l. 21 nepus, corr. nepos (cfr.
ζο n (α)
l. 1. 2); p. 375 l. 12 *ομο . κος*, l. 20 conlactaneus; p. 377 l. 25 empticius; p. 378 l. 3 *παλαιοκ . τη*
.u λ
τος olim conparatus, l. 5 cubiculari s; p. 380 l. 5 *επα . ξεις;* p. 381 l. 14 *υλιστιριον*, l. 18
ui ι
unguentarium, l 20 calidę; p. 382 l. 5 *δηιωτικη*, l. 16 trium, l. 20 *πορνον;* p. 384 l. 12 *αρτο-*
ι .πλ
πωλης; p. 385 l. 12 *δακτυλιδ.ογλυφος*, l. 22 *επιδα νητης;* p. 386 l. 8 *εματοπωλης* uestimentum
t
uindi.or, corr. uenditor; p. 387 l. 18 *κρεοπωλης*, l. 19 *καπηλος*, in margine: aut; p. 388 l. 16
ρ g
μαρμαογλυ; p. 389 l. 3 *λευκουργος*, l. 9 pi mentarius; p. 390 l. 5 *οπλοπεκτης*, l. 6 *οξυκραματο-*
πωλης, quo loco, quin Boucherius recte secundum codicem scripserit *οπλοπεκτηςλης οξυκραμα-*
τοπω nullus dubito, sed, quo illud *λης* priori verbo adiunctum pertineret, significare debebat;
i
l. 12 op lio. l. 13 *πραγατευτης* actur, corr. actor, l. 16 uindens, corr. uendens; p. 391 l. 9
g ? ? ο φο
pimentarius, l. 12 *ραφιδο ποιος*, l. 22 *σκαφιδοποις;* p. 392 l. 12. 13 *υελουργος*, l. 16 *φορτα . ρος;*
p. 393 l. 5 *χιστης*, l. 10 *ψαθοποιος* . . . . . . (Boucherius: præstigiator), l. 11 præstigiator, l. 13
r
ψηφοθετης; p. 394 l. 4 membanum, l. 13 cartilago, l. 19. 20 *κανθοι* anguli oculorum non ite-
π
ratur; p. 395 l. 15 tulis, corr. tolis; p. 396 l. 3 aspectus, l. 4 *λαρυνξ*, l. 6 *ωμο λατης*, l. 10
κ (α) n
αγωνες, l. 11 cubitum, corr. cubiti, l. 20 *αρμος;* p. 397 l. 14 *επι . δερματις*, l. 19 ti tinnabulum,
(φ φ) e κ s
l. 20 . . *φλεβες* uanæ; p. 398 l. 3 *επλαγνα*, l. 23 intertrigenes; p. 399 l. 1 ues ica; p. 400,
ι τ σ (α)
l. 15 *θεμελ οι*, l. 19 *οσρακον;* p. 401 l. 10 *ξυλω.εις*, l. 22 *περιστυ . λον;* p. 402 l. 3 *λογιστηριον*,
l. 4 *γραματο φυλακιον*, l. 5 *μανδρα* ouila, corr. ouile, l. 16 *κληθρον*, l 19 uermiculus, l. 24 *ἴθυ-*
s π
ντηρια; p. 403 l. 4 *ψηφολογημα*, l. 10 *σωληνες μολιβδινι* filtulæ, l. 12 *χορον;* p. 404 l. 6 *ιπνος*
(ι)
furnus, l. 11 *τορος λιθινο . ς* tufus, l. 15 *περι βρωματω̃;* p. 405 l. 5 *αλφυτα*, l. 9 *πυτιρα*, l. 10
v
πιτυρα, l. 13 caseom, l. 23 siligineum; p. 406 l. 21 sincipitium, l. 22 cocœfion, corr. colœfion;
σ t ν
p. 407 l. 4 *κοιλιδιν*, l. 5 *φου . κιον*, l. 6 matia, l. 7 cerebrellum, l. 8 *ελαιαι*, l. 19 *ιηγα . ιτον*, l. 20
d ο
7ηγανιτον, l. 22 *ανδονον;* p. 408 l. 2 aritum, l. 4 *νερ. παστον*, l. 9 alueatum, l. 17 coagulus, l. 21
(σ ?) .α ν
μορ .) (*τον* uibecum; p. 409 l. 18 *ακρ.τον;* p. 410 l. 3 defrutum, l. 23 *πανονικον*, l. 24 *παννο-*

ι
νκον; p. 411 l. 15 fauus; p. 412 l. 3 datitulo, corr. dattili, l. 9 nucille. (fuitne nucillem?), l. 13 *μηλοδρακινον*, l. 15 seq. *αχρας* pruna, *αχρας* pirastrum, *αγριαππις* pirastrum; p. 413 l. 21. 22. 23 *τομιου*
(σ) α a
προβατου uerbicina, *αρνια* agnina, *ελαφια* ceruina; p. 414 l. 9 *ορνιθερα*, l. 15 *κυλος* culiculus; p. 415, l. 18 intulua, corr. intuba; p. 416 l. 1 acetaria, t in ras., l. 5 *ασπαραγος*, ς extrem. in ras., cuima,
(φ)
corr. cyima, l. 6 cuima clilicli, corr. culicli, l. 18 *α . ψινθιον;* p. 417 l. 4 *αμπελοπρςσον* aret illum, l. 8
ι (ι) (ο) r?
περι χθυων, l. 20 *ζμ . υρνα;* p. 418 l. 4 *κ . ωβιος* gubio, corr. gobio, l. 5 scyilla, l. 20 sardine; p. 419
(ι) l n ω
l. 4 . *κητος*, l. 14 hepis, l. 19 *πελεγονος;* p. 420 l. 10 thynus; p. 421 l. 4 *πνηνον*, l. 6 *αλεκτροι . ν*, l. 14
ι .π
φοιν.κοπτερος; p. 422 l. 9 *λοι πις*, l. 17 picus marsicus, l. 18 *γααυψ;* p. 423 l. 2 *κυνεπινθος*,
p
corr. *κυνεγινθος*, l. 5 upula, l. 6 *ανδων*, l. 9 melulus, corr. merulus, l. 21 cardulus, corr. car-
(ρ) (c)
delus; p. 424 l. 6 *σταντα̣ρος*, l. 7 tabanius, l. 14 fœniz, l. 17 *τετ . ραποδων*, l. 18 besti. a, l. 9
r l (e)
cani . s, l. 10 cap ea; p. 426 l. 22 *ασκαλωιης;* p. 427 l. 1 p att . a, l. 5 *οναγρος*, l. 7 *τριτθοκα-*
l η (τη) r
μυλος, l. 10 supel ex, l. 12 *κλινη σανιδοιν . .* , l. 19 *παραθεναι;* p. 428 l. 20 repostolium; p. 429 l. 1 u.ncia, l. 6 mactra, l. 15 *νανισκιν*, l. 21 *θυεια* murtarium (sine voce: pistillum), p. 431 l. 15
(c) μ
modi . um; p. 432 l. 2 *ειματισνος*, l. 12 semetrium, l. 17 *πεπλυνενον*, l. 18 pressum; p. 433
(e) ι
l. 16 lacte . um, l. 19 *φοιν κεον;* p. 434 l. 15 pelleum, l. 22 *περικlivov*; p. 435 l. 3 *γαυσαπης*
c
grausapus; p. 436 l. 1 benelauatum, l. 23 *διασμα;* p. 437 l. 6 *ασπιδιον*, l. 16 *μλνιλκης*, l. 18
υ ni (ne)
catenaceum, l. 19 *δαστ λιος;* p. 438 l. 2 *αμμα*, l. 9 mole . . ; p. 439 l. 1 *ποτηρια*, η in ras.,
ι
l. 4 *πατ αλαι*, l. 13 rutum, l. 21 saporatorium; p. 440 l. 2 catinux; p. 441 l. 3 matba, corr.
n (lu)
matla, l. 14 semico gium; p. 442 l. 9 dentarie; p. 443 l. 8 ligo . . , l. 16 molicadum; p. 444
a (l.)
l. 4 gritida, corr. gratida, l. 5 *εσπα*, l. 18 lugu . . na; p. 445 l. 9 inficiculum, corr. infidiculum,
c v
l. 10 tirtorium; p. 446 l. 12 *ἵμας;* p. 447 l. 3 dementarius, corr. elem—, l. 9 condiscipulis, l.
(π)
20 *στοιχευτης;* p. 448 l. 1 prescriptum, l. 9 preducta, l. 17 *χαρτης . αγραφος*, l. 19 *χαρτης απελ-*
(οι) (a)
λιμμενος, l. 23 *καν . . ων;* p. 449 l. 17 gramaticæ; p. 452 l. 6 aeta . tis, l. 14 post *ευμορφος*
π (βο) (ο) ι
eras. *ευχαναχ;* p. 453 l. 2 uenustus, tus m. rec., l. 12 *λαμρ . . ος;* p. 454 l. 7 *τετρατ . ωνο ς*,
λ e
l. 12 *δεπτος*, l. 15 capud, fuit capmi, l. 24 *πωγωνιωτης;* p. 455 l. 14 obsus, l. 17 cecus, l. 21
(σ)
κυρσος κυρτος; p. 456 l. 3 *λο . ξος*, l. 21 podragricus; p. 457 l. 13 auriflaccus; p. 458 l. 1 de moribus humanis, om. id est; l. 12 sincerus; p. 459 l. 1 saluatus, corr. saluator, l. 4 for . tis,
(i)

l. 6 impiger; p. 460 l. 1 *δωροδοκος* contenens, corr. continens, l. 19 *επιδεξιος* (τ δ) bonisperius *επιτεδιος* bo (*επιτεδιος* bo del.), l. 17 *ευκινητος*; p. 461 l. 5 seq. *ευτραπελος* iocosus, *ευστομος* iocosus, *ευφημιος* faustus, *αξιοπιστος* faustus, *ευφυης* ingenius; l. 20 *θαρσαρεος* (ε) *ρ* sec. in ras., l. 23 *θαυμασιος*, l. 25 *θρησκευτης*; p. 463 l. 10 *πολλου αξιος* p̑ciosus; p. 464 l. 4 seq. *σωφρων* disertus, *τρανος* integer. *υγιης* sanus, *υγιης* officiosus; p. 466 l. 2 *αναισθν . τος* ((ο)), l. 7 *ανεπιδεγιος* (τ δ); p. 467 l. 5 negociatur, p. 468 l. 2 nen osus (s?, i), l. 4 ridiculo . sus ((s)); p. 469 l. 10 tergiuersatur, l. 11 *ενθουσιωδης* furiosus postea insert.; p. 470 l. 9 *κθυφετης* (α) præuaricatur, l. 16 *κακοηθης*; p. 471 l. 13 *πατροκσατονος*; p. 473 l. 6 cupious, (vel cupcous, cuprous, cuptous: us man rec.), l. 10 porcax, l. 19 *σκλινιφος*, *ι* I man. rec.; p. 474 l. 10 contomiliosus (v); p. 475 l. 10 *πραγματῶ*, netia forenses; l. 14 negotium; p. 476 l. 3 *πολιτικõ*, l. 7 absolutio, l. 9 iudicatio, l. 12 iudicium desertum, corr. disertum; p. 477 l. 5 *ημερα ορισμενη*, l. 9 *προγραφη*. In fine habet ς ς ς cum lineola transverse acta, i. e. „scripsit" vel simile quid.

III.

Coniectanea in Dosithei glossas.

P. 329 legitur *ζεις ζεις* iuppiter iouis: fortasse pro altero *ζεις* legendum *Ζήν*. P. 329 postquam duodecim Deorum nomina se enumeraturum auctor pollicitus est, p. 330 inter Mercurium et Martem male intruditur *βετυλος* auiaddir nec non, postquam Volcani conmemoratione duodecim Deorum series conclusa est, satis incongrue subinferuntur tria hæc nomina: *ηρακλης καρποφορος κουρηταις*, quæ si proximo capite, quo de reliquorum Deorum nominibus agitur, scripta fuissent, res recte haberet. Itaque procul dubio quattuor ista lemmata pro suppositiciis habenda sunt. Non recte p. 331 Boucherius in suo quem constituit textu *Sabazius* scripsit, cum libri forma *sabadius* volgari scribendi genere efficta nemo posset offendi.

P. 332 pro *ορηιος ορος* Boucherius non dubitanter, sed audacter legere debebat *ὅριος ὅρος*. Ibidem pro: *κρατος* nomen imperiūs, legendum: *κράτος* numen imperium, *numen* vero ad illud, quod proxime sequitur, *θιοτηο* trahendum est, quia eius glossæ (*θιοτηο μεγαλιοτης* maiestas) non nisi *μεγαλειότης* maiestatis nomine referri poterat. Editor vero post illa: *nomen imperii* (?) vocabulum *Divinitas* interpolavit. Librarius igitur, cum *κρατος* voce scripta oculorum errore seductus in proximam lineam delapsus esset, vocabuli *θιοτηο* interpretamentum falso præripuit, tum errore intellecto suum voci *κρατος* interpretamentum reddidit, sequentis lemmatis versionem repetere supersedit. P. 334 in his: *απολλων νομιος* uidius, vide, num *Virbius* legendum sit, quem ob Virbii cum Diana coniunctionem Apollini Pascuo scriptor substituerit. P. 344 *θυελλα* turbor *πρηστηρ* turbor *λελαψ* turbor] ubique leg. turbo. P. 347 *κιρκεας ο και κορος* circes] Boucherius Circes.... coniecit lacuna subiuncta, leg. Circius. P. 350 quinquinnis: recte Lœwe prodrom. gloss. Lat. p. 206 adnot. I quinquimus coniecit nec non ibidem p. 351 de quarte, de quinte iure defendit. P. 357 *διασημοτατος* procurator thermarum] Lacuna statuatur post *διασημότατος* et ante *procurator thermarum:* illic glossa Latina, hic Græca intercidit. Ibidem Boucherius vocabula Græca *ἐξοχώτατος* et *λαμπρότατος* incuria in textum non recepit. P. 359 inter *ταξιαρχος* et *evocatus* lacuna statuenda est; ibid. *ρυμαρχος* magister vici, leg. *κωμάρχος*. P. 362 *αλων* area] Boucherius habet *Ἅλων*, leg. *ἀλωή*. P. 369 *κρησμοδοτης* sortilegus] an *χρησμολόγος*? Ibid. *πυρασις* flamen] an *πυρεύς*, *πυρευτής*? P. 372 *ομονυδδοι* gentibus] Boucherius *ὁμονηδύϊοι* gentiles, malim *ὁμόφυλοι*. P. 374 *υιονος* neptis] leg. nepos; ibid. *εγγονος* neptis] leg. nepos. P. 381 *υδιστιριον* uolutatorium] Boucherius *εἰλυστήριον*, fortasse melius *κυλιστήριον* P. 382 *οδεος* limen] Ibidem in textu altera glossa, quæ est: *ἀνδριάς* statua, desideratur. P. 384 *ακονητης* auctor] leg. acutor. P. 386 *ἐμφυραματοπωλης* adipatarius] an *adiparius?* P. 387 *θρηνωδος* præfixor] leg. præficus. P. 388 *κραβατοπογος* faber lectuarius] Boucherius *κραββατοποιός*, satis probabiliter, quam-

quam et κραβατοπηγός conici possit. Ibidem: κλινουργος nouarius lectuarius] Boucherius: „ce mot ne traduit-il pas καινουργός devenu κλινουργός par erreur de copie?" Recte ille quidem, quod ad ***novarius*** attinet, sed quid de altera glossa ***lectuarius*** statuendum sit, minus curat. Scribas igitur: καινουργός novarius, κλινουργός lectuarius. P. 389 inter λευκουργός et ***scutlarius*** lacuna statuenda: sed glossa Græca vocis ***scutlarius*** utrum a λ an a μ littera initium ceperit, hoc certe loco incertum. P. 391 παντοπωλης pigmentarius] An: παντοπώλης........, παστοπώλης pigmentarius? Ibidem: ραφιδοποιος cudarius] Boucherius male ***acuarius,*** nam ***cudarius*** retinendum; cf. cudo = galea e pellibus consuta apud Silium VIII, 495; XVI, 59. P. 392 γελουργος (= ὑελουργός) calidarius] Videtur lacuna statuenda et ante ***calidarius*** vox ὑποκαυστικός vel eius similis inserenda esse. Ibid. φορτιαφορος fidicularius] Lacuna statuenda: vocabuli ***fidicularius*** glossa Græca φορμιγγοποιός vel simile quid fuisse videtur. P. 394 υμην membranum] Quid interrogationis signum a Boucherio vocabulo ***membranum*** adpositum sibi velit, ignoro; quid rei significetur, sciunt οἱ μεμυημένοι! P. 395 γευσεινοστος sapor] Boucherius γεῦσις νόστος sapor; scribendum fortasse γεῦσις gustus sapor, cf. infra ad pag. 440. P. 398 λαγονες ina, λαγονες ilia] Utroque loco ***ilia*** reponendum. P. 401 χαλιξ αδρος claria] Boucherius ***calcia,*** leg. ***glarea*** vel volgari forma ***glaria.*** P. 402 ιθυντηρια canalis) Boucherius ἠθητηρία vel θυτηρία; sed subesse videtur nil nisi ἰθυντηρία. P. 403 αποπατος culina] leg. ἀπόπατος latrina, ... culina, cf. colloquiorum p. 491: μήτι θέλεις ἐλθεῖν εἰς τἀπόπατον: Numquid vis venire ad secessum? Ibid. ταμιεων promentarium recte se habet, cf. p. 378 ταμιουχος promentarius: Boucherius præpropere ***frumentarium*** coniecit. P. 404 υπερωδιον pegula] Boucherius ***tegula,*** sed, ni omnes Dii me aversantur, ***pergula*** legendum. P. 404 τορος λιθινος tusus] Boucherius ***tusor,*** leg. πῶρος λίθινος tufus (tofus): codex ipse revera non ***tusus*** habet, sed ***tufus,*** cf. supra p. 8. Ibidem οικοπαια parietinæ] leg. ἐνώπια vel ἐνώπαια. P. 406 απτον assum] Boucherius ἀπτόν, leg. ὀπτόν. P. 408 μορσκτον uibetum] leg. μορητόν rubetum. P. 410 αφεψημα defritum] leg. defrutum. Ibidem, quod legitur: χρηστον suave, γαυκυν mustum, γλευκον mustum, corruptum est, leg.: χρηστόν....., γλυκύ suave, ... mustum, γλεῦκος mustum. Vox χρηστόν ipsa vitio laborare videtur. Ibid. παννονικον almacinum] leg. Dalmatinum: Boucherius male ***Alemannicum.*** P. 411 δαρδανικον seretinum] leg. δαρδανικόν Dardanicum,...... Setinum (vel: serotinum). P. 412 αππισοι αρριοι pira ceteria] Boucherius ἄππιοι κίτρα pira citrea: conlata ea glossa, quæ post V lineas sequitur, αγριαππις pirastrum, leg. ἄππιοι ἄγριοι pirastra: eodem modo pro s littera c scripta est p. 459 αυστηρος ceberus. Boucherius illud ἄρριοι dittographiam vocis ἄππιοι esse putat. Ibidem ουον sor] leg. sorbus, (vel: sorbum). P. 414 κυκνια cicenina] Boucherius cycnina, sed traditæ formæ magis respondet ***cucinina*** vel potius ***cicinina,*** cf. Ritschelii opuscul. II p. 477 seq. et Hildebrandi gloss. ibid. p. 478 laudati p. 52 ***cicinus ollo*** et pag. 227 ***ollo cicinus,*** quibus sub vocabulis Franciscus Buechelerus sagaciter antiquam eius vocis scribendæ formam latere perspexit. P. 415 ραφανον radix γονγυλη....] De eo loco hæc Boucherius: „Après ce mot viennent trois mots tironiennes, qui semblent indiquer qu'il est synonyme du précédent." Subiungit glossam Leidensem: γογγυλαι rape. Iam hinc dispicere poterat, illam, quam hic dubitanter (qui ***semblent*** indiquer), p. 416 et ceteris locis confidenter (qui ***indiquent,*** etc.) proponit notarum Tironianarum notionem, falso esse excogitatam, quæ qualis sit revera, tu, lector benivole, pete ex iis, quæ his ipsis diebus in museo Rhenano a. 1877 tibi propinavi. P. 416 τροξιμα acetaria] cod. Leid. escariole, leg. escaria. P. 417 ανδραχνι porcacla] Boucherius porcada, sed ***porcacla*** retinendum, quæ est volgaris vocis ***portulaca*** forma, cf. programmatis academ. de Oribasii versione Latina Bernensi a. MDCCCLXXV

a me scripti p. 1, 7; 16, 1. P. 418 aquippense, leg. acipenser. Ibid. *κοβιος* cubilum] leg. *κώβιος* gubio, cf. eandem glossam eiusdem paginæ lin. 4. P. 422 *χελιδων* erundo] Recte Boucherius in textu volgarem formam retinuit, sed cur id fecisset, dicere debebat. P. 426 *βουβαλος* sisu] leg. bison vel forma volgari *uison*. P. 429 *κανων* canistrum] Boucherius *κανών*, leg. *κανοῦν*, cf. p. 439. Ibid. *σρεναστρον* carnarium] Boucherius *κρέμαστρον*, leg. *κρέαστρον*. P. 432 *αγναμμενον* politum] Cur Boucherius priore loco *γεγναμμένον*, altero *ἐγναμμένον* coniecit? Ibid. *ποικιλον χοιμα* uarium] Boucherius *ποικίλον εἷμα*, leg. *ποικιλόχρωμον*. P. 435 *ψυλη* babylonicum] leg. *ψιλή* babylonicum, cf. Gustavi Leonis prodrom. gloss. Lat. p. 290. Ibid. *ποικιλιον* mendiculeia] Inter *ποικίλιον* et *mendiculeia* lacuna statuenda. P. 440 *σκευη εν οις εσθιομεν ευ* caria] Boucherius *σκεύη ἐν οἷς ἐσθίομεν εὖ* caria, leg. *ἐσθίομεν* escaria. De syllabis verbisve Latinis Græce scriptis cf. supra ad p. 395 (p. 12). P. 441 *γλυπτηρ* dentiscalpium *γλιφις* dentiscalpium] Quas glossas si conferas cum quarta eius paginæ glossa *ωτογλιφις* auriscalpium, facile mihi concedas, in illius modi vocibus Græcis dentium notionem non posse per se subaudiri; itaque scribe *ὀδοντογλυπτήρ* et *ὀδοντογλυφίς*. P. 442 *σφυριον* marculum] Cod. Leid. habet martellum, leg. martulum. Ibid. *θερμαψις* fornax, leg. *forfex* vel *forceps*. P. 443 *μυλοκοπον* molicadium] Boucherius molicidium, leg. fortasse *molitudium*.

P. 452 *αφεορος* inuestis] Fortasse legendum *ἀφώραιος* iuvenis. P. 453 *μελιχρους* fuscus, *μελανχρους* fuscus] Utroque loco *μελάγχρους* legendum. P. 454 *επιμηκης* sublongus] leg. *ὑπομήκης*. Ibid. *λιξαρσιος* ingens] Boucherius *ἐξαίσιος*, sed præstat *ἐξάρσιος*. P. 455 *στεναρος* uegitus] leg. *σθεναρός*. P. 459 *δοκιμος* munerator *δωροδοτης* munerarius] Boucherius ante *munerator* vocabulum *probatus*, quippe quod illi voci *δόκιμος* melius conveniat, inserendum putat, ita ut et *munerator* et *munerarius* ad unam, quæ sequitur, glossam *δωροδότης* pertinere suspicari videatur; sed qui p. 331 Deorum cognomen *ὕπατος* Latino vocabulo *consul* reddidit nec non p. 334 *μνημοσύνη* voce *moneta* interpretatus est, *δόκιμος* a verbo *διδόναι* derivari posse quidni credidisse potest? P. 460 *εγγενης* .... copiosus Boucherius, sed legendum potius: *ἐγγεμής* (sive *εὐγεμής*) copiosus. Ibidem: *ἐπιδέξιος* bono peritus, *επιδεξιος* bonis perius] Utroque loco legendum *idoneus peritus*: nam easdem glossas scriptoris incuria sæpenumero repetitas esse, multis iisque satis idoneis argumentis conprobatur. P. 461 *ευφυης* ingenius] Boucherius *ingeniosus*, sed illa vox latius patet, leg. *ingenuus*. P. 463 *προινικος* lascibus] Boucherius *προύνεικος*, fortasse *παροινικός*. P. 464 *στυχιτης* stabilis] Bouch. *στοιχητής*: num *στυλίτης*? Ibid. *ασκεπος* inconsul] leg. *ἄσκοπος*, quod in sequenti glossa scriptum est. P. 467 *απροστατος* inprouidus] Quod Eggerus apud Boucherium coniecit *ἀπροόρατος*, procul dubio verum est. P. 468 *δαπανητης* prorogator] an leg. prodigator? Ibid. *δουλογενης* genuilis] Idem videtur esse, quod sequenti versu legitur: *δουλογενής* servilis. Ibid *γελοιος* delerum] Boucherius *delerum* interrogationis signo adposito in textum recepit, sed quidni *delirus* coniecit? P. 470 *ευκαταφρονητος* contemplor nomine] Boucherius coniecit *contemptor* (*nomen*) ita, ut illa voce *nomen* libri auctor significaverit, hoc loco *contemptor* non esse passivam verbi *contempto* formam, sed notionem nominalem. Sed patet, voci *εὐκαταφρόνητος* passivam significationem inesse, quare, quamquam dubitanter, ut lubenter concedo, proponere ausim: *contempto nomine*. P. 470 *κοττιστης* aleatur] leg. *κοτταβιστής* aleator. P. 471 *μητροκτονος* parricida] an *marricida*? P. 472 *θιλεθριος* pernitiosus] Boucherius *οὐλέθριος*: quidni simpliciter *ὀλέθριος*? Ibidem glossa *παραδιγμα* portentum pro insiticia habenda erit, quia in toto hoc capite non nisi adiectiva vel nomina pro adiectivis posita enumerantur. Idem statuendum de glossa *τέρας* portentum p. 474. P. 474 *φιλοδαρτης* plagosus flagitiosus] leg. flagellosus. P. 476

παραβολιο και ορος sacramentum] leg. καὶ ὅρκος. Ibidem στρατικηκσυν στεμα æsasensum] Cuius glossæ prius vocabulum ad præcedentem glossam pertinere videtur (καὶ ὅρκος στρατιωτικός sacramentum). De reliqua corruptela quid certo statuendum sit, hæreo: Boucherius *æs alienum* coniecit, cui nescio an σύστημα respondeat. An σύνθεμα assensum legendum? An *accessum* vel *assensum* ita, ut σύνθεμα notionem liberi commeatus (Passkarte) hoc loco habeat? Quam vim ei voci inesse satis constat. P. 477 προθεσμια dies] Post *dies* lacuna statuenda, quia notio *prorogandi* simplici *diei* vocabulo minime inhæret.

Sed præter eos locos, quos adhuc tractavimus, permulta etiam librarii vitia facili negotio corrigi poterunt, simulac *ordinem alphabeticum* in aliquo tractatu observari inveneris. Quod factum est cap. XXI, quo περὶ τεχνιτῶν agitur, p. 384 seq., ita ut prima tantum uniuscuiusque vocis littera respiciatur. At sunt, quæ huic ordini repugnare videantur, ut p. 384 αλετη molitur μυλος mola ανθρακοπωλης carbonarius: sed hic animadvertas, quæso, verba: μυλος mola, quæ ordinem alphabeticum proturbant, ad ea, quæ præcedunt, αλετη molitur, ita pertinere, ut synonymam, quæ dicitur, notionem subinferant. His igitur vocibus synonymis omissis cetera omnia, quæ ordinem alphabeticum corrumpunt, aut spuria aut corrupta esse putanda sunt. Itaque p. 385, quæ vox inter γεωμετρης agriarius et δακτυλιδιογλυφος sculptor anularius, interposita est: κναφεος fullo, non per κ litteram, sed per γ elementum (γναφεύς) scribenda est. P. 386 habes:

εργαστηριαρχης	massarius
τορνευτης	tornator
τορνευτης	intestinarius
ειματοπωλις	uestiarius.

Iam legem alphabeticam secutus confidenter lege utroque loco: ἐντορνευτής. P. 386 leguntur hæc: επιστατης μονο μαχοων lanista, λολοποιος sigillarius, αγαλματογλυφος sigillarius, εργατης operarius: quodsi, quæ supra de synonymis vocibus exposui, probe tenes, iam vides, ἀγαλματοποιός esse synonymum vocis præcedentis λολοποιος, pro qua Boucherius ζῳδιοποιός coniecit, falso ille quidem, quia, quod sequitur vocabulum εργατης, ostendit inter ε litteræ fines librarium etiam versari. Itaque scribendum vel εἰδωλοποιός vel εἰδοποιός. P. 386 ηνιαραφος pellio, παλαιαραφος pellio ueterinarius (leg. ueterarius) ηλοποιος, item intellegis, propter notionis similitudinem ordine alphabetico turbato illud παλαιαραφος intrusum esse; idem factum in his p. 387: ιπποφορβος equarius, φοραδοβοσκος equitiarius, ιππονομευς equisio, nec non ibidem: κονιαστης tector σκεπαστης tector κτενεοποιος pectenarius, vel p. 388 λιθγλυτης lapidum sculptur, μαρμαρογλυ marmorum sculptur, λαχανοπολις holitor holerarius, vel p. 390 οισιοπλοκος uiminarius, βιργοπλοκος uiminarius, οπλο διδασκαλος armidoctor. Quo in genere illud animadvertendum, fere ubique easdem vocum synonymarum interpretationes Latinas adhibitas esse. Recte igitur non solum propter sensus necessitatem, sed etiam eius quam modo dixi legis alphabeticæ rationem p. 392 Boucherius vocabulum post υδραγωγος positum: γελουργος uitriarius ita correxit, ut ὑελουργός substitueret.

Eadem ratio alphabetica in pæneultimo hermeneumatorum capite, quo hominum virtutibus eorundem vitia supponuntur, adhibita est*), nisi quod hic quoque synonymorum farrago inrepsit.

*) Tertium quoque a fine caput *de natura corporis* p. 451 seq. eundem in modum olim conparatum fuisse videtur, id quod ex eis partibus, quibus vocabula multa a litteris α (p. 452), γ (p. 452), λ (p. 453), μ (p. 453) incipientia consociantur, satis verisimiliter conprobatur.

Conferas, si placet, p. 458 *αγχινους, δολιος πνοηρος, αιδημων;* ibidem *ακεραιος ειλικρινης, ακριβης βεβαιος, αλκιμος δριμυς δεινος, αλυκος ευχαρις, αμιλλητης, αναμαρτητος χρηστος;* p. 459 *αμεριμνος ησυχος;* p. 461 *ευφημος αξιοπιστος; θαρσερευς προθυμος ταυρος,* p. 462 *ιερωτατος ειλισρινης,* p. 463 *νουνεχης υμομονιτικος; προφυλης ερασμιος, προυνικος ιδυπαδης,* p. 464 *χρησιμος γλυχρηστος, αγριος φρα*[σ]*κις θηριωδης,* p. 465 *αισχροκερδης ρυπαρος λιχνος,* p. 466 *ανοσιος δυσσεβης,* p. 468 *δουλοτροπος γελοιος,* quo loco nihili est, quod Boucherius *γελοιος* ob id in dubium vocavit, quia ratio alphabetica violaretur; p. 469 *επισκυνιος υπερηφανος,* p. 471 *λεσχωδης οχηρος, μητροκτονος πατροκτονος,* p. 472 *μυσερος δυσεβης, μορυπονηρος πανουργος,* p. 473 *ρυπαρος αισχροκερδης, σκλινιφος φιλαργυρος φιλαργυρος πλεονεκτης.* Quibus repugnare videntur hæc: p. 474 *φιλοδαρτης* plagosus flagitiosus, *αφθονοτερον* sine invidia, sed septimo loco ante *φθονερος* lemma habetur, quo illud *αφθονοτερον,* antequam librarii incuria in hunc locum detruderetur, olim fortasse pertinuisse putari potest, nisi meram interpolationem esse malis.

Iam vero, commilitones carissimi, ad eorum, quæ hac scribendi occasione oblata pertractanda nobis proposueramus, finem feliciter pervenimus. Vidistis, superesse etiam in latis bonarum litterarum campis permulta, quæ, si accuratius in ea animum tuum intendas, ubere te studiorum segete beent mentemque tuam insigni quadam lætitia insumptis laboribus multo maiore inbuant erigantque. Quare agite, incumbite, quod facitis, ad artes ingenuas fervidiore in dies ardore amplectendas Almamque vestram Matrem Bernensem et pio et grato animo prosequi ac venerari perpetim pergite!